

1. Pomponii Laeti *De Romanorum magistratibus, sacerdotiis, iurisperitis et legibus ad M. Pantagathum libellus* [Venetiis, Maximus de Butricis, c. 1491]

<p><b>Marulus, IEPC 2.1:</b> <u>Consules a consulendo dicti. Duo creabantur singulis annis. Summa totius imperii apud ipsos erat. Hi senatum per accensos et precones cogebant, exercitus ductabant, numerum annorum signabant, his prouincie scribebantur ac, ne sibi regium ius uendicarent, cautum est ut ab eis prouocatio esset. Coercere poterant et in uincula publica duci iubere.</u></p>	<p><b>Pomp. Laet. f. Aii v:</b> (De consulibus) <u>Consules dicti duo a consulendo</u>, idest prouidendo; creati sunt comitiis centuriatis a praefecto urbis [...]. <u>Apud eos summa totius imperii erat. Hi senatum</u> populumque <u>per accensos et praecones cogebant</u>, hi <u>exercitus ductabant</u>, ab eorum magistratu <u>numerus annorum signabatur</u>. Prouinciae <u>consulibus describebantur</u>, penes quos, inquit Pomponius, sumum ius uti esset, lege rogatum est <u>et, ne per omnia regiam potestatem sibi uindicarent</u>, lege <u>cautum est ut ab eis prouocatio esset</u>, ne ue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. Solum relictum est illis <u>ut coercere possent et in uincula publica duci iuberent</u>.</p>
<p><b>Marulus, IEPC 36.2:</b> <u>Prefecti urbis officium erat crimina omnium in urbe cognoscere et quum Cæsares urbe abessent, eorum uicem gerere, de omnibus denique rebus ad urbem pertinentibus censere.</u></p>	<p><b>Pomp. Laet. f. A v:</b> (De praefecto urbis) Longo post tempore tantum sibi urbis praefectura uendicauit Caesarum temporibus <u>ut crimina omnium in urbe cognosceret et demum, cum Cæsares ab urbe abessent, praefectus uelut alter Caesar imperabat, de rebus omnibus quae ad urbem pertinebant censebat.</u></p>
<p><b>Marulus, IEPC 37.2:</b> <u>Lege autem Falcidia, a Falcidio lata, cauetur ne plus dodrante legare liceret, propterea quod multi hereditatem adire recusabant.</u></p>	<p><b>Pomp. Laet. f. [Bvi]:</b> (De legibus libellus) <u>Lege Falcidia, a Falcidio lata, cauetur ne plus dodrante legare liceret, propterea quod multi hereditatem recusabant.</u></p>

2. Pomponii Laeti op. cit. + ps. Lucii Fenestellae *De Romanorum magistratibus* [Florentiae, Bartholomaeus de Libris, c. 1492]

<p><b>Marulus, IPEC 60.2:</b> <u>Fuerunt Romę duum uiri classis ornandę reficiendęque causa creati;</u>  <u>item duum uiri primum qui inspicerent libros Sybillinos, deinde X, demum XV, quibus etiam cura data fastorum corrigendorum;</u>  <u>trium uiri monetales, quibus curę erat numismata fabricare auro argentoque;</u>  <u>trium uiri nocturni, qui in muris custodias curabant et nocturnas arcebant seditiones in ciuitate;</u></p>	<p><b>Fenest. f. [e8 v]:</b> (De duumuiris classis restituendę et quibusdam paruis magistra[n]tibus) Alterum imperium fuit ut <u>duum uiros nauales classis ornandę reficendęque causa idem populus iuberet.</u> <b>Pomp. Laet. f. [Bv]:</b> (De duumuiris et X uiris sacrorum) <u>Duumuiri</u> a Tarquinio Superbo instituti fuerunt, <u>qui soli inspicerent libros Sibyllinos; deinde cum plaebes creari ex suis instaret, ex plaebis &lt;et&gt; patritii&lt;s&gt; creati X et inde XV qui libros inspicerent: sic et duumuiris ad X uiros et XV uiros res deuenit et aliquando data cura corrigendorum fastorum fuit.</u> <b>Pomp. Laet. f. B:</b> Eodem tempore constituti sunt IIII uiri, qui curam uiarum haberent, et <u>tres uiri monetales aeris argenti auri flatores; [...]</u> <b>Fenest. f. [e8 v]:</b> (De duumuiris classis restituendę et quibusdam paruis magistra[n]tibus) Haud multo tempore post huiusmodi rogationes <u>triumuiri nocturni</u> creati sunt, quibus, ut existimatione deducor, ut difficili bellorum et ciuiliū seditionum tempore uigilię <u>in muris custodięque per milites stationarios</u></p>
--	--

trium uiri capitales, qui carceris custodiam habuerunt,  
et quum in aliquem animaduerti oporteret, eorum  
interuentu puniebatur;  
quattuor uiri, qui curam uiarum habuerunt;

quinque uiri, qui cis Tyberim et ultra Tyberim  
uespertinis horis pro magistratibus officio fungebantur;

quinque uiri mensarii, a dispensatione pecuniae sic  
appellati, ut plebi ere alieno opressae publica pecunia  
succurrerent in foenore soluendo;

decem uiri, qui litibus iudicandis praerant legibusque  
rogandis atque interpretandis.

Fuerunt et uiri epulonum, primo tres, deinde quinque,  
postremo septem, ut ludorum epulare sacrificium  
facerent; sacerdotale erat officium.

Fuerunt et centum uiri, de singulis tribubus, quae  
XXXIII erant, terni electi iudices: unus eorum iudicii  
insigne hastam tenebat, unde apud auctores legimus  
centumvirale iudicium et hastae iudicium.

mitterentur. Id etiam eorum curae iniunctum [*ex*  
inuinctum] est ut et nocturnas seditiones a ciuibus  
arcerent [...]

**Pomp. Laet. f.** B: (De praetoribus et X uiris et  
curatoribus uiarum et triumuiris et V uiris et C uiris) Ei  
tres uiri monetales aeris, argenti, auri flatores et tres  
uiri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut <si>  
animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret [...]  
Eodem tempore constituti sunt III uiri qui curam  
uiarum haberent. [...] Et quia magistratibus uespertinis  
temporibus in publicum esse inconueniens erat,  
quinque uiri constituti sunt cis Tiberim et ultra  
Tiberim, qui possent pro magistratibus fungi.

**Fenest. f.** [e8]: (De quinque uiris mensariis) Cum [*ex*  
eum] improbitate foeneratorum plebs Romana  
magnitudine eris alieni poene obruta esse uideretur  
eique [*ex* ei: eique] difficultati principes plebis  
succurrendum sepe numero tentassent, inclinatis  
tandem ad concordiam omnium animis, consules qui  
tunc erant foenebrem quoque rem, quod [*ex* funebrem  
quomodo rem quid] destinari in animis hominum  
uidebatur, leuare agressi solutionem eri alienis in  
publicam curam uerterunt. Quinque ergo uiri creati  
sunt, quos a dispensatione pecuniae mensarios  
appellauerunt.

**Pomp. Laet. ff.** [Aiv v] – B: (De praetoribus et X uiris  
et curatoribus uiarum et triumuiris et V uiris et C uiris)  
Deinde cum esset necessarius magistratus qui hastae  
praesset, X uiri litibus iudicandis constituti sunt;

**Pomp. Laet. f.** [Aiv] (De decemuiris) Anno ab urbe  
condita CCCVIII decemuiri pro consulibus creati sunt  
[...] et datum etiam uti leges corrigerent et  
interpretarentur.

**Pomp. Laet. f.** [Bv]: (De epulonibus) Veteres  
pontifices (ut ait Cicero) propter multitudinem  
sacrificiorum tres epulones esse uoluerunt, ut ludorum  
epulare sacrificium facerent. Id sacerdotium antiquum  
fuisse constat, sed de aetate nondum legimus. Numerus  
auctus fuit: duo additi, et quinque fuere epulones, et  
postea theatralium ludorum atque circensium ambitione  
septem fuisse epulones leguntur.

[*Izvor nije pouzdano utvrđen.*] **Paul. ex Fest.** s. v.  
*Centumvitalia iudicia* (Lindsay, p. 47): Centumvitalia  
iudicia a centumuiris sunt dicta. Nam cum essent  
Romae triginta et quinque tribus, quae et curiae sunt  
dictae, terni ex singulis tribubus sunt electi ad  
iudicandum, qui centumviri appellati sunt.

(Cf. **Gai.** 4,16: unde in centumuiralibus iudiciis hasta  
praeponitur; **Suet. Aug.** 36,1: ut centumviralem  
hastam . . . decemviri cogent; **Val. Max.** 7,8,4: hastae  
iudicium.

3. Iuniani Maii *De priscorum proprietate verborum*, Venetiis, Octavianus Scotus Modoetiensis, 1490.

<p><b>Marulus, IEPC 18.1:</b>  <u>Cyphus genus poculi est, quo in sacrificiis utebantur; idem scyphus dicitur.</u></p>	<p><b>Maius, s. v.:</b>  <u>Cyphus genus poculi quo in sacris utebantur, qui et scyphus etiam dicitur.</u> T(ortelli). At cyphus aliud est.</p>
<p><b>Marulus, IEPC 46.2:</b>  <u>"Senatus, senati", "domus, domi", "tumultus, tumulti" declinabant antiqui. Salustius: <i>Senati decretum fit.</i> Terentius in <i>Hechyra</i>: <i>Quid sit tumulti?</i></u></p>	<p><b>Maius, s. v.:</b>  <u>Senatus senati, domus domi, tumultus tumulti declinabant antiqui. Salu. Senati decretum fit.</u> Te(rentius) in Hech(yra). Quid sit tumulti. Do(natus).</p>
<p><b>Marulus, IEPC 110.2:</b>  <u>Examusim, id est examine ad regulam. Amusis enim regula fabrorum est quam architecti, quum opus probant, rubrica illiniunt.</u></p>	<p><b>Maius, s. v.:</b>  <u>Examussim dicitur examine ad regulam uel coagmentum. Est enim amussis regula fabrorum quam architecti, cum opus probant, rubrica[que] illiniunt.</u> Plautus in Amphitrione: Si uera haec loquitur, haec examussim est optima. Idem in Milite. Inest in hoc amussitate sua sibi ingenua indoles, idest examinata. Idem in Menaechmis [...]</p>

4. Ioannis Tortellii *De orthographia dictionum e Graecis tractarum*, Vicentiae, Stephanus Koblinger, 1479 (edition owned by Marulić) + Plinii *Historia naturalis*

<p><b>Marulus, IEPC 110.1:</b>  <u>Olympus mons in Thessalia, ubi Pellion et Pyerus et Ossa et Pindus et Othris. Olympi huius uerticem nubibus celsiorem esse aiunt. Est et alius mons Olympus in Gallograecia, alius apud Mysios, in cuius radice est urbs Prusa, alius est secus Mare rubrum in Ethiopia, haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriente sole usque ad horam quintam diei flammam emittit.</u></p>	<p><b>Tortelli, s. v.:</b>  <u>Olympus cum y Graeco scribitur. Quo nomine quattuor diuersos legimus montes. Unus est inter Thesaliam et Macedoniam altissimus, dicente Lucano in II: <u>Nubes excessit Olympus lege deum, alius est in Gallograecia, alius apud Mysos, ad cuius radices urbs est Prusa ab Hannibale (ut fertur) extracta, quartus est secus Mare rubrum in Aethiopia, haud longe ab Heliopoli ciuitate, qui oriente sole usque ad quintam diei horam flammam emittit.</u> Adde quod de hoc dicit Claudianus in Stilicone: Sed ut altus Olympi Vertex, qui spatio uentos hyemesque relinquit Perpetuum nulla temeratus nube serenum [...].</u></p> <p><b>Plin. Hist. nat. 4,8,30:</b>  <u>In Thessalia quattuor atque triginta, quorum nobilissimi Cercetii, Olympus, Pierus [edd. recc: Olympus Pierius], Ossa, cuius ex aduerso Pindus et Othrys, Lapitharum sedes [...]</u></p>
---	---

5. Nicolai Perotti *Cornu copiae, seu linguae Latinae commentarii*, I-VIII, ed. J. L. Charlet et al., Istituto Internazionale di Studi Piceni, Sassoferato, 1989-2001.

5.1. Almost literal adoption:

<p><b>Marulus, IEPC 18.1:</b></p> <p>Ludium <u>Liuius</u> ludionem nuncupat: <u>Acciti</u>, inquit, <u>ex Hetruria ludiones qui ad tibicinis modum saltabant</u>. <u>Idem</u> ait: <u>Et quia ister Thusco uerbo ludio uocabatur, huiusmodi artifices istriones uocati</u>. <u>Marcianus mulierem etiam ludiam dixit: Ludiam quandam, inquit, Gaditanam saltantem uidimus semicinctam</u>.</p>	<p><b>Perotti, CC 20,24,6-10:</b></p> <p>Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus, hoc est derisui, contemptui; et ludio histrio. <u>Liuius: Acciti ex Etruria Romam ludiones qui ad tibicinis modum saltabant</u>. <u>Idem: Et quia hister Thusco uerbo ludio uocabatur, huiusmodi artifices histriones uocati</u>. Legimus etiam <u>feminas ludias appellatas</u>. <u>Martianus:</u><sup>1</sup> <u>Ludiam quandam Gaditanam saltantem uidimus semicinctam</u>. Et ludibundus, ludens.</p>
--	--

5.2. Simple paraphrasing (abbreviating, synonymic variations):

<p><b>Marulus, IEPC 2.2:</b></p> <p><u>Clauis [!] annalis dicitur qui singulis annis figebatur in pariete templi ut numerum annorum clauis fixi indicarent, et id quidem in templo Mineruae, quod eius deę numerum putabant esse</u>.</p>	<p><b>Perotti, CC 2,445,1-7:</b></p> <p>Clauus á claudendo dicitur: ob id enim figitur, ut claudat siue contineat aliquid. <u>Clauis annales appelabantur qui figebantur in pariete templi per annos singulos, ut per eos numerus annorum colligeretur</u>. Erat enim lex priscis litteris ac uerbis scripta ut qui praetor maximus esset idibus septembris clauum pangeret. Nam, quia rarae per ea tempora litterae erant, notae numeri annorum clauis fuere. <u>Mineruae autem templo ea lex dicata erat, quod numerum Mineruae inuentum<sup>2</sup> putabant esse</u>. [...]</p>
---	---

<p><b>Marulus, IEPC 36.4:</b></p> <p><u>Micare enim per uices et sine ordine mouere est, ut illud Vergilii: Micat auribus et tremat artus</u>. <u>Micare etiam digitis sortiri dicitur</u>. <u>Varro: Micandum erit cum Graeco utrum ego illius numerum an ille meum sequatur</u>. <u>Cicero: Dignus est qui cum in tenebris mices</u>.</p>	<p><b>Perotti, CC 1,163,3-9:</b></p> <p>A mica quae in arena fulget deductum est mico uerbum, quod proprie est subinde et per interualla, ut micas faciunt, fulgeo. Virgilius: <u>Micat ignibus aether</u>. Idem: <u>Ardentes clypeos atque aere micantia cerno</u>. Et, quoniam talis quaedam uariatio dum digitis sortimur apparet, per metaphoram <u>micare aliquando accipimus pro digitis sortiri</u>. <u>Varro: Micandum erit cum Graeco, utrum ego illius numerum an ille meum sequatur</u>. <u>Cicero: Dignum esse dicunt qui cum in tenebris mices</u>. Quia uero hoc per uices fit, micare etiam capimus pro eo quod est per uices, et sine ordine mouere. <u>Virgilius: Micat auribus et tremat artus</u>. [...]</p>
---	---

<sup>1</sup> Marcianus v

<sup>2</sup> inuentum *om. ova*

5.3. Complex paraphrasing (abbreviating, rearranging, omitting...):

<p><b>Marulus, IEPC 29.1:</b></p> <p>(i) <u>Sphinx monstrosum animal</u> fuisse</p> <p>(j) <u>poete fabulantur, faciem habens uirginis, pennas auis, pedes leonis</u>. De hac Sphinge ita est <u>traditum</u>.</p> <p>(a) <u>Laius, Thebarum rex</u>,</p> <p>(b) <u>Apollinis responsum accepit ab eo se periturum quo Iocasta uxor grauida erat</u>.</p> <p>(c) <u>Id uitare uolens puerum natum tradit pastori in siluis necandum</u>.</p> <p>(d) <u>Pastor per pedes in arbore suspensum</u> dimittit.</p> <p>(e) <u>Inuentum puerum sibi que allatum Polybius, Corinthiorum rex, pro suo nutriuit</u></p> <p>(g) <u>et a tumore pedum</u>, per quos pependerit, <u>Oedipodem uocauit</u>.</p>	<p><b>Perotti, CC 28,42,1 - 28,44,10:</b></p> <p><b>42</b> Et Oedipus, propter pedum tumorem, <u>oĩdma</u> enim graece tumor dicitur, <u>poũj</u> pes.</p> <p>(a) Hic <u>Thebanorum rex</u> fuit, <u>Lai</u> filius et <u>Iocastae</u>, quem cum <u>praegnans</u> mater utero gereret, de futura prole consuluisse <u>Apollinem</u> pater <u>dicitur</u>.</p> <p>(b) <u>Quum que responsum á deo accepisset, mori eum manu nascituri infantis oportere,</u></p> <p>(c) <u>natum custodi armentorum suorum necandum tradidit,</u></p> <p>(d) qui, dum aetati compatitur et simul regi obtemperare contendit, perforatis infantis pedibus et transmissio uimine <u>suspendit ad arborem</u>, quasi mox inedia moriturum. Seneca: "Me deo teste damnauit parens Calido que teneros transiit ferro pedes. Et in alta nemora pabulu, misit feris".</p> <p>(e) Sed, quum forte eà transiens Phorbas <u>Polybi Corinthiorum regis</u> pastor infantis uagitus audisset, eò extemplo profectus <u>puerum pedibus iam tumentem concisis uinculis sustulit</u></p> <p>(f) et Corinthio cuidam donauit, qui eum laetus accepit et ad Meropem Polybi regis uxoris perductum, quod liberis careret, dono illi dedit.</p> <p>(g) Haec cum uiro pariter quasi filium caelitus missum <u>educauit et á pedum tumore uocauit Oedipodem</u>, nostri etiam Oedipum dicunt.</p> <p><b>43</b> (h) Hic, quum aliquando Thebas perrexisset, comperta ibi Sphinge eius aenigma dissoluit ac monstrum <u>interemit</u>. Vnde obscurarum rerum interpres est dictus. Terentius: "Dausus sum, non Oedipus". Plautus: "Nam isti quidem Heraclidae orationi Oedipi Opus est coniectura, qui Sphingis aenigma dissoluit".</p> <p>(i) <u>Sphinx monstrosum</u> Aethiopiae <u>animal</u> est é simiarum genere, fusco pilo, mammis in pectore geminis, ad homines spetiem maxime accedens, solo pilo et solitudine feram assimilante.</p>
---	---

<p>(k) Oedipus autem grandior factus <u>Laium, nesciens suum esse genitorem, interimit.</u></p> <p>(x) Deinde Iocasta iubente</p> <p>(m) Sphinx <u>proposuit enygma</u></p> <p>(o) <u>quod qui soluet, Iocastam cum regno acciperet uxorem,</u></p> <p>(n) <u>qui autem se soluturum offerret et nesciret, capite mulctaretur.</u></p> <p>(p) Ab eis itaque qui Iocastę nuptias petebant querebatur <u>quodnam esset animal quadrupes, bipes et tripes.</u></p> <p>(q) <u>Oedipus hominem esse dixit, qui infans manibus pedibusque obrepat, adultus pedibus tantum incedat, senior titubantem gressum firmet scipione.</u></p> <p>(s) Soluto enygmate <u>Oedipus Iocastam matrem inscius capit uxorem et Thebarum regnum. Putabatur enim Polybii, Corinthiorum regis, esse filius.</u></p>	<p>(j) <u>Poetae faciem habere uirginis fingunt, pennas auium, pedes leoni.</u></p> <p>(k) Diodorus: "Oedipus orta inter Phocenses seditione, ira accensus <u>Laium parentem inscius occidit</u>".</p> <p>44 (l) Sphinx belua biformis Thebas eo tempore uenisse traditur</p> <p>(m) <u>proposuisse</u> que <u>aenigma,</u></p> <p>(n) <u>quod, qui non solueret, periret.</u> Inde plerique ob rem ambiguam ac perobscuram interrepti.</p> <p>(o) <u>Soluenti Iocastae connubium et Thebarum regnum propositum praemium erat.</u> Praeter Oedipum soluere potuit nemo.</p> <p>(p) Id erat huiusmodi: <u>Quodnam animal bipes, idem tripes ac quadrupes foret.</u></p> <p>(q) Caeteris ambigentibus <u>Oedipus hominem esse asseruit, quod infans quatuor pedibus obrepat, et annis confirmatus duobus incedat, senior tribus, quoniam scipione quasi tertio pede utatur.</u></p> <p>(r) Sphinx suo iudicio uicta ex aeditiore loco sese praecipitem dedit.</p> <p>(s) <u>Oedipus Iocastam nescius matrem esse, siquidem ab omnibus Polybi Corinthiorum regis filius putabatur, duxit uxorem et Thebarum imperium adeptus est.</u></p>
---	--